



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo Continentvr Et Explicantvr ...

Tomás <de Jesus>

Coloniæ Agrippinæ, 1684

Capvt X. De confessione fidei, de perseverantia, & damnis, quæ peccatum mortale consequuntur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38601

etiam si ab ijs gravia damna, offensas, aut iniurias accepimus, aut etiam sustineamus; quemadmodum ipsemet Dominus præcepit: *Audistis, quia dictum est: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro persecutoribus & calumniatoribus vos, ut sicut filij Patris vestri, qui in calu est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne & Publicani hoc faciunt? & si salutaveritis fratres vestros tantum, quid amplius faciis: nonne & Ethnici hoc faciunt: Effote ergo & vos perfecti sicut & Pater vester celestis perfectus est. Ecce apud alium Evangelistam: Diligite inimicos vestros; benefacite his, qui oderunt vos. Benedicite maledicentibus vobis, & orate pro persecutoribus vos.*

Hoc autem & Dominus suo confirmavit exemplo, qui pro suis crucifixoribus oravit: *Pater dimitte illis, non enim sciunt, quid faciunt.* Et beatus Protomartyr: Stephanus Dominum imitator, dum à Judæis crudeliter lapidaretur, ut Apostolorum Acta testantur, positus genibus clamavit voce magna dicens: *Domine ne statuas illis hoc peccatum.* Idemque & Moytes, & alij servi Dei humiliter observaverunt.

Insuper præmoneat eos, atque hortetur ad patientiam, & ad futuras tribulationes, & huius vitæ adversitates, tentationes, & mala, quibus divina bonitas suos exerceri, & tanquam aurum igne probati permittit, fortiter & æquo animo perseveranda: *nam si crucem & mortem oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam: quanto magis Fideles & servos eius? Non enim est discipulus super Magistrum, nec servus super Dominum suum. Et sicut scriptum est: Per multas tribulationes oportet nos intrare in Regnum Dei: & Apostolus dicit: Omnes, qui pie volunt vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur.*

Quod & in Sanctis omnibus mirabiliter eluxit: certoque sciant & sperent sibi à DEO perpetuas coronas propolitas esse in caelis, si legitime certaverint in terris. Quapropter permanentes in vocatione sua, molestant, tribulationes, misericordieque omnes libenter ferant, existimantes crucem sibi jugiter ferendam esse cum Christo, quemadmodum & ipse sæpè in Evangelio monet: *Qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus. Et iterum. Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. Item. Qui non bajulat crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus.*

Neque 2 ipsis hæc dura, gravia, aut impossibilia videantur, cum divina cooperante gratia, ea omnia possibilia facilia, & suavia esse experimento cognoscitur sint juxta verba Salvatoris: *Tollite jugum meum super vos, et discite à me quia mitis sum & humilis corde, & invenietis requiem animabus vestris: Jugum enim meum suave est, & onus meum leve. Et sicut Propheta dicit: Gustate & videte, quoniam suavis est Dominus: Beatus vir, qui sperat in eo. Ac Joannes Apostolus affirmat: Mandata eius gravia non sunt. Et sui exemplo nos docet Paulus dicens: Scio & humiliari, scio & abundare (ubique & in omnibus institutus sum, & satiari, & esurire, & abundare, & penuriam pati) Omnia possum in eo, qui me confortat.*

Quinimo eis ostendatur, hæc ipsa mandata, ac omnia bona opera in DEI gratia facta, magnam aeternamque repositam habere remunerationem, juxta promissionem Domini: *Omni qui reliquerit*

domum, vel fratres, vel sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agrum propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Et iterum. In patientia vestra possidebit animas vestras. Item. Si quis mihi ministrat, me sequatur, & ubi sum ego, illic ministrer meus erit. Si quis mihi ministraverit honorificabit eum Pater meus. Et infra: Si hoc sentu beati eritis si feceritis ea. Et ut tradit Apostolus: Qui (scilicet Deus) reddet unicuique secundam opera sua. Quocirca & Dominus in Judicio dicit his, qui à dexteris ejus erunt: venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi; Esurivi enim & dedistis mihi manducare; sitiivi & dedistis mihi bibere; hospes eram, & collegistis me: in firmis, & visitastis me: in carcere eram, & venistis ad me.

CAPVT X.

De confessione fidei, de perseverantia, & damnis, quæ peccatum mortale consequuntur.

Cum autem victoria, quæ vincit mundum sit fides nostra, hortandi sunt inprimis, & confirmandi, ut in fide permanent, constantes & fortes sint, semper parati eam confiteri, & pro ejus confessione, & Domini gloria occumbere. Nec vero ipsam mortem propter Christum formident, aut oppetere timeant; cum ipse dicat: Nolite timere eos, qui occidunt corpus; animam autem non possunt occidere: sed potius timeat eum, qui potest & animam, & corpus perdere in gehennam. Et paulo post: Omnis qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in calu est. Qui autem negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in calu est. Et Paulus Apostolus: In nullo terramini ab adversariis, quæ illis est causa perditionis, vobis autem salutis, & hoc à Deo: quia vobis donatum est pro Christo, non solum, ut in eum credatur, sed ut etiam pro illo patiamini, idem certamen habentes, quale & vidistis in me, & nunc audistis de me.

Sed & monendi sunt, ut in virtutibus, pietate, & bonis operibus Dei auxilio confisi, & qui operatur in eis, & velle, & perficere, pro bona voluntate perseverare studeant, ut æternam salutem consequantur, Domino iterum atque iterum constanti: *Qui perseveraverit usque in finem hic salvus erit. Ut autem perseverantia donum huiusmodi obtineant, DEUM humiliter deprecantur, ut speciale eis 4 auxilium ad illud consequendum impartiri dignetur, pro quo & ad B. Virginem DEI Genitricem MARIAM, & ad alios Sanctos cum Christo regnantes devotè confugiant, ut id eorum patrocinio & intercessione assequi mereantur. DEUS autem omnis gratiæ, ut D. Petrus ait, qui vocavit nos in æternam suam gloriam, in Christo Jesu, modicum passos ipse perficiet, confirmabit, solidabitque. Ipse gloria, & imperium in sæcula sæculorum. Amen.*

Caveant autem, ne ad corruptos prioris vitæ mores, ac vitia redeant, considerantes illud, quod Salvator noster ei quem vocaverat, ut se sequeretur, & petenti, ut permitteretur primum ire & sepelire patrem suum, dixit: *Sine ut mortui sepeliant mortuos suos, tu autem vade & annuntia Regnum Dei.*

ibid. Deū. Et id quod alteri dicenti: *Sequitur te Domine, sed permittite mihi primum renuntiare his, quae domi sunt;* respondit: *Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei.* Sed quemadmodum Tobias senior docebat filium suum ab infantia DEUM timere, & abstinere ab omni peccato, & inter alia, de quibus postmodum eum monebat, illud erat: *Omnibus diebus vita tua in mēte habito DEUM, & cave ne aliquando peccato consentias, & pratermittas precepta Domini DEI nostri.* Ita & Sacerdos doceat Neophytos, ut peccata odierint, illis non consentiant, sed divina iuvante gratia ea omnino fugiant; juxta illud quod scriptum est: *Quasi à facie colubri fuge peccata, quod his offendantur DEUS, & in ejus iram incurratur, sicut scriptura dicit: Odisti omnes, qui operantur iniquitatem.* Item: *Altissimus odio habet peccatores, & miserus est penitentibus.* Ac iterum: *Similiter autem odio sunt DEO impius & impietas ejus.* Quodque propter peccatum, gratia in Baptismi lavacro accepta amittatur, & qui mortiferè peccant, ex innocentibus, puris & immaculatis, nocentes & impuri, atque anima peccati reata maculata, viles & deformes efficiantur, juxta Prophetiam dicentem: *Quam vilis facta es nimis iterans vias tuas?* Et ex filijs Dei inimici ejus & filij Diaboli, ex liberis, servi peccati, imo & ipsius Diaboli fiant, quemadmodum Salvator noster dicit: *Amen amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatum, servus est peccati.* Servus autem non manet in domo in aeternum, filius manet in aeternum. Melius enim erat illis non cognoscere viam justitiae, quam post agnitionem retrorsum averit ab eo, quod illis traditum est sancto mandato. Contigit enim illis id veri proverbij: *Canis reversus ad suum vomitum, & sus lota in volutabro luti.*

Doceat item, quod per peccatum privantur aeterna felicitate beata & immortalis vitae, visione scilicet Dei, & futura gloria, quae revelabitur in nobis, ac obligantur aeternè mortis & damnationis poenis, quoniam, ut ait Apostolus: *Stipendia peccati mors, omniaque bona opera per ipsos antea in gratia facta mortificantur.* U enim Dominus dicit apud Ezechielem: *1. Anima, quae peccaverit ipsa morietur.* Et paulo infra: *Si autem averterit se justus à justitia sua, & fecerit iniquitates secundum omnes abominaciones, quas operari solet impius, nunquid vivet? Omnes justitiae ejus, quas fecerat, non recordantur, in pravaricatione qua pravaricatus est, & in peccato suo, quod peccavit in ipsis morietur.*

Præterea demonstretur eis, quam gravis, irreparabilis, & intoleranda sit non modo poena sensus, verum & poena damnij, quae quidem etiam tenentur.

2. Chryf. Timonio 2. Sanctorum major est, quam cruciatus homin. 34. flammaram gehennae, quodque gloriae amissio inc. 7. multo major est, quam gehennae supplicium. Qui bus item, 3. qualibus & quantis bonis peccatores priventur, in quae vero, qualia, & quanta mala, ac 3. Comp. supplicia incurrant ante & post mortem, & post Theol. 7. ipsorum corporum resurrectionem. Etenim Dominus apud Matthæum laudans Ethnici Centurionis fidem, & Judæorum damnans in edulifficium pecc. tatem, Dico autem vobis, inquit, quod multi ab Oriente Matth. 8. & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Jacob in regno calorum: Ely autem regni ejicientur in tenebras exteriores: ibi erit sletus & stridor dentium. Et rursus exponens parabolam zizaniorum dicit: Sicut ergo colliguntur zizania, & igni comburuntur, sic erit in consummatione saeculi: mittet filius hominis Angelos suos, & colligent de regno ejus omnia scandala, & eos, qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignem. Ibi erit sletus & stridor

Thom. à Jesu Opr. Tom. I.

dentium. Tunc justis fulgebunt sicut sol in Regno Patris eorum. Qui habet aures audiendi audiat. Et iterum in expositione parabolae Sagenae missæ in mare: Sic erit in consummatione saeculi: Exibunt Angeli & separabunt malos de medijs justorum, & mittent eos in caminum ignem, ubi erit sletus & stridor dentium. Et de servo, qui talentum à Domino sibi creditum absconderat: Inutilem servum eicite in tenebras exteriores; illis erit sletus & stridor dentium; prout & de gehēna ignis, alijsque hujuscemodi aeternis supplicijs alibi sēpè. Sed & apud Joannem: Venit, inquit, hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt audient vocem filij Dei: & procedent, qui bona fecerunt in resurrectionem vitae: qui vero mala egerunt, in resurrectionem vitae: qui vero mala egerunt, in resurrectionem vitae: qui vero mala egerunt, ibunt in vitam aeternam, qui vero mala, in ignem aeternum.

Serio igitur moneantur 4. Ephes. 4. per peccatum non contristare spiritum sanctum, in quo signati sunt; nec templum Dei, & ejusdem Spiritus Sancti, quod sunt ipsi, eorumque membra, per culpam temerè violare; alioquin à Domino se fore disperdendos, & aeternae vitae fructu privandos, sicut commune: Apostolus: *Nescitis, quia DEI templum estis, & Spiritus DEI habitat in vobis? Si quis autem templum DEI violaverit, disperdet illum DEUS. Templum enim DEI sanctum est, quod estis vos.*

Ac doceantur 5. acceptam gratiam amitti non modo infidelitate, per quam & ipsa fides amittitur; sed etiam quocunque alio mortali peccato, quamvis non amittatur fides: & à regno Dei excludi non solum Infideles, verum etiam Fideles, qui lehalia peccata committunt, à quibus cum divinae gratiae adjumento abstinere possunt, & pro quibus à Christi gratiae separantur. Quare idem dicebat Apostolus: *Anne sitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt? Nolite errare, neque fornicari, neque idoli servientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces Regnum Dei possidebunt.* Et haec aliquando quidem fuisse, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine Domini nostri IESU Christi, & in Spiritu DEI nostri. Et alibi: *Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut avaritia nec nominetur in vobis, sicut decet Sanctos: aut turpitudinis, aut stultiloquium, aut scurrilas, quae ad rem non pertinent, sed magis gratiarum actio. Hoc enim scitate, intelligentes quod omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod est idolorum servitus, non habet hereditatem in regno Christi, & Dei. Nemo vos seducat in ambibus verbis: propter haec enim venit ira Dei in filios dissidentiae: nolite ergo effici participes eorum. Eratū enim aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino, ut filij lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate, & justitia & veritate, probantes, quid sit beneplacitum Deo: & nolite communicare operibus infructuosius tenebrarum, magis autem redarguite.*

Admonendi item sunt, Dominum respicere vias hominis, & omnes gressus ejus considerare; atque oculos Domini in omni loco contemplari bonos, & malos: DEUM ubique praesentem esse, testem, & judicem omnium, quae aguntur, omnia implere, omnia prospicere, omnia nosse etiam minutissima quaeque & interioris & scrutari corda & renes hominum, & cogitationes eorum. Ac propterea immundas & malas cogitationes fugandas & expellendas esse, & à peccatis, quae animo & so-

Matth. 25

Joan. 5.

45. Cyril. Hierosol. Catech. 17. ad fin. & S. Basil. ser. 1. de Baptismo. p. 2. Cor. 6. Trid. sess. 6. in Decret. Justin. 1. Co. 3. & 6.

5 Conc. Trid. in decretis Justin. sess. 6. c. 15. & can. 27. & 28. 1. Corin. 6.

Ephes. 6.

Prover. 5. Prov. 15. Sapien. 1. Sapien. 1. 6. Cyril. Hierosol. Cateche. 14. ad illumi. la nandor.

la voluntate committunt, sibi abstinendum, dicente Domino in Evangelio: *Andisistis, quia dictum est antiquis, Non machaberis. Ego autem dico vobis, Matth. 5. quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam machatus est eam in corde suo.* Sed recto corde & firma fide in DEUM se credere, ac pie sancteque vivere debere sciant. Quoniam sicut Scriptura dicit: *Oculi Domini contemplantur universam terram, & praebeant fortitudinem his qui corde perfecto credunt in eum.*

Admoneantur praeterea, non satis esse ab uno, vel altero mortifero peccato abstinere, nisi ab universis abstineant; neque haec, vel illa mandata non transgredi, nisi & omnia pariter servent. Quicumque enim, ut inquit beatus Jacobus, *totam legem servaverit, effundat autem in uno, factus est omnium reus.*

2. Conc. Trid. sess. 14. de Sacram. penitent. Si qui tamen humana fragilitate (quod absit) post Baptismum aliquo crimine se contaminaverint, & ab accepta gratia per mortale peccatum exciderint, ad Penitentiae Sacramentum quod pro fidelibus, 4. quoties post Baptismum in peccata labuntur, DEO reconciliandis ad peccatorum remissionem a Christo Domino nostro institutum est, tanquam ad 5. secundam post naufragium tabulam, ita im & confidenter confugiant, ut per illud 6. excitante DEO & eiusdem Christi merito amissam gratiam recuperare procurent, atque ad Confessarium Sacerdotem, cui peccata remittendi & retinendi auctoritas mandata est, iuxta verbum Domini: *Quorum remissa sunt peccata, accedant; ipsique sincerè & fideliter sua peccata confiteantur, & eorum obtineant absolutionem, ac inunctas satisfactiones & penitentias humiliter impleant.* Deiauxilio caventes, ne iterum in ea labantur, sicut scriptura dicit: *Fili peccasti, non adjuvas iterum. Sed & de pristinis deprecare, ut remittantur tibi Et alibi: Ne dixeris peccavi; & quid tibi accidit tristis? Altissimus enim est patiens redactor.*

3. Conc. Trid. sess. 14. cap. 1. **4. Conc. Trid. sess. 6. cap. 14.** **5. Conc. Trid. ibid. Sibi de. Joan. 10. Eccli. 21. & 5.**

CAPVT XI.

De superbia praecipue vitanda, & de veteri homine exuendo, & renovatione novae vitae.

Porro inter alia peccata, superbiam in primis vitare debent, quod, ut Sapiens dicit: *Odibilis coram DEO sit & hominibus superbia.* Et insi: *Initium superbiae hominis apostare a Deo: quoniam ab eo, qui fecit illam recessit cor ejus, quoniam initium omnis peccati est superbia; qui tenuerit illam adimplebitur maledictis & subvertetur eum in finem.* Et Paulo post: *Sedes ducum superborum destruxit DEUS, & sedere fecit imites pro eis. Radices gentium superbarum arefecit DEUS, & plantavit humiles ex ipsis gentibus.*

Contra vero inter ceteras virtutes 7. humilitatem, quae earum mater & fundamentum est, eos maxime complecti, & observare oportet; imitantes Dominum & DEUM Salvatorem nostrum, qui cum in forma DEI esset, non rapinam arbitratus esse se aequalem DEO; sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus, ut homo. Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis: quique discipulos suos humilitatem sequi,

& superbiam vitare docuit, aliquando dicens: *Sati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum colorum.* Aliquando 8. *Amen dico vobis, nisi conversi fueritis & efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum colorum.* Quicumque ergo humiliaverit se sicut parvulus iste, hic est major in regno colorum.

Quia vero non est homo, qui non peccet, & in multis offendimus omnes, & ut beatus Joannes ait: *Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.* Et iterum: *Si dixerimus, quoniam non peccavimus, mendaciam facimus eum, & verbum ejus non est in nobis.* Neophyti maxime admonendi sunt, ut de accepta gratia se non extollescentes, magna cordis humilitate se peccatores agnoscant, & confiteantur, cum hanc vitam, sine venialibus saltem peccatis, transire non possint, ac ut quoties cadunt, toties divina gratia resurgere studeant: Proverb. 24. *Septies enim in die cadet justus, & resurgit.* Ac ut idem Joannes dicit: **cap. 1.** *Si confiteamur peccata nostra, sed, si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem, IESUM Christum justum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.*

Frequenter autem Catechista eos doceat, ut in percepta gratia perseverantes, depositis vitæ erroribus, ceterisque vitijs, bonis operibus vacare pietatem sectari, virtutes emulati, ac omne genus peccatorum vitare studeant, iuxta id quod Apostolus ad Romanos scribit: *Justificati ergo ex fide pacem habeamus ad DEUM per Dominum nostrum IESUM Christum, per quem & habemus accessum per fidem in gratiam istam, in qua stamus & gloriamur. In spe gloriae filiorum Dei: non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit: quia charitas DEI diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.*

Ac 10. quemadmodum Christus Dominus nosse: *resurgens ex mortuis, jam non moritur, vivit autem Deo in aeternum: ita & ipsi in Baptismo, qui crucis, mortis, sepulturae & resurrectionis Christi similitudinem habet, peccato semel mortui, & conspulti cum Christo, atque cum eo a mortuis excitati, licet in carne vivant, cultodiant se ipsos ne denuo ad peccatum redeant, sed ambulant in novitate vitæ, ac perseverent viventes Deo in Christo IESU dicente: *Qui mihi ministrat me sequatur; ut idem docet Apostolus: *An ignoratis fratres, quia quicumque baptizati sumus in Christo IESU, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per Baptismum in mortem, ut quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam Patris; ita & nos in novitate vitæ ambulemus.***

Idemque eos doceat, quæ ad Neophytos maxime pertinent, & ad illos proprie dicta sunt ex verbis beati Petri Apostoli dicentis: *Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationis, invidias, & omnes detractiones, sicut modo genitii infantes, rationabiles sine dolo lac concupiscite; ut in eo crescatis in salutem: si camen gustatis, quoniam dulcis est Dominus; vos autem genus electum, regale Sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut virtutes annuntietis ejus, qui de reverbis vos vocavit in admirabile lumen suum. Qui aliquando non populus Dei, nunc autem populus Dei, qui non consecuti misericordiam, nunc autem misericordiam consecuti. Charissimi obse-*

Eccles. 10. 7 August. de verb. Domini ser. 10. super verbis Matthei 11. quoniam miris sum &c. tom. 10. Phil. 2.

8. S. S. de Bapt. par. 2. Matthei Luc. 18. 3. Reg. 2. 2. Pet. 2. & cetera. Neophyti maxime. Virtutes emulati. Quicumque. IESUM Christum. per quem. in gratiam istam. in qua stamus & gloriamur. In spe gloriae filiorum Dei. non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus. patientia autem probationem. probatio vero spem. spes autem non confundit. quia charitas DEI diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis. Ac 10. quemadmodum Christus Dominus nosse: resurgens ex mortuis, jam non moritur, vivit autem Deo in aeternum: ita & ipsi in Baptismo, qui crucis, mortis, sepulturae & resurrectionis Christi similitudinem habet, peccato semel mortui, & conspulti cum Christo, atque cum eo a mortuis excitati, licet in carne vivant, cultodiant se ipsos ne denuo ad peccatum redeant, sed ambulant in novitate vitæ, ac perseverent viventes Deo in Christo IESU dicente: Qui mihi ministrat me sequatur; ut idem docet Apostolus: An ignoratis fratres, quia quicumque baptizati sumus in Christo IESU, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per Baptismum in mortem, ut quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam Patris; ita & nos in novitate vitæ ambulemus. Idemque eos doceat, quæ ad Neophytos maxime pertinent, & ad illos proprie dicta sunt ex verbis beati Petri Apostoli dicentis: Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationis, invidias, & omnes detractiones, sicut modo genitii infantes, rationabiles sine dolo lac concupiscite; ut in eo crescatis in salutem: si camen gustatis, quoniam dulcis est Dominus; vos autem genus electum, regale Sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut virtutes annuntietis ejus, qui de reverbis vos vocavit in admirabile lumen suum. Qui aliquando non populus Dei, nunc autem populus Dei, qui non consecuti misericordiam, nunc autem misericordiam consecuti. Charissimi obse-